



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum voluntas moueat intellectum & alias vires animæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Utrum uoluntas intellectum, & ceteras animae vires moueat.

AD VII. Dicendum, quod intellectus non abstrahit a materia, nisi cum intelligit res sensibiles & materiales: cum uero intelligit res que sunt supra ipsum non abstrahit, immo recipit minus simpliciter, quam sint res ipsae in seipsis. unde remanet actus uoluntatis, qui fertur in ipsas res prout in seipsis sunt, simplicior, & nobilior.

AD VIII. Dicendum, quod locutiones illae, quibus intellectus splendori, affectus uero calori comparatur, sunt metaphoricæ. & ex tali locutionibus, ut Magister dicit in 3. Sententiarum non est trahenda argumentatio. Dion. etiam dicit in Epistola ad Titum, quod symbolica theologia non est argumentativa.

AD IX. dicendum, quod sicut intelligere est solius hominis, ita uelle: quamuis appetere sit aliorum, quam hominis.

AD X. Dicendum, quod quamuis anima prius feratur in Deum per intellectum, quam per affectum: tamen perfectius peruenit in ipsum affectus quam intellectus, ut dictum est.

AD XI. dicendum, quod a contemplatione uoluntas non excluditur. Vnde Greg. dicit super Exod. quod uita contemplatiua est Deum & proximum diligere. unde eminentia uitae contemplatiuae ad actiuam non prauidicat uoluntatis.

AD XII. dicendum, quod Philo. loquitur de intellectu, secundum quod accipitur pro parte intellectiua, que comprehendit in se uoluntatem. Vel potest dici, quod considerat intellectum, & alias potentias anime absolute, non secundum quod comparantur ad hoc obiectum uel illud.

AD PRIMVM uero, quod in contrarium obicitur, dicendum, quod charitas est habitus perficiens uoluntatem: in ordine ad Deum, & in tali ordine uoluntas est nobilior intellectu.

AD II. Dicendum, quod libertas uoluntatis non ostendit eam esse nobiliorem simpliciter, sed in nobilitate in mouendo, quod ex sequentibus patebit.

AD III. dicendum, quod cum uerum sit quod bonum est enim bonum intellectus, ut patet per Philo. in 6. Eth. non est dicendum quod bonum sit nobilior uero, sicut nec quod animal sit nobilior homine, cum homo includat in se nobilitatem animalis & superaddat. Loquimur enim de uero & bono, secundum quod sunt obiecta uoluntatis & intellectus.

AD IIII. dicendum, quod uelle non inuenit in pluribus quam intelligere: quamuis appetere in pluribus inueniatur. Sciendum tamen est, quod in hac ratione non inducitur auctoritas Dionysii secundum eius intentionem propter duo. Primo, quia Dion. loquitur, quando unum includitur in ratione alterius, sicut esse in uiuere, & uiuere in intelligere, cum dicit unum esse simplicius altero. Secundo, quia quamuis participatio, quae est simplicior, sit nobilior, tamen si accipitur cum illo modo, quo inuenitur in rebus carentibus, superadditis perfectionibus, erit ignobilior: sicut esse quod est nobilior quam uiuere, si accipitur cum illo modo quo inanimata sunt, ille modus essendi erit ignobilior, quam esse uiuentium quod est uiuere. & sic non oportet quod semper id, quod est in pluribus, sit nobilior, alias oporteret dicere sensum esse nobiliorē intellectu, & nutritiuam potentiam, quam sensitiuam.

AD V. Dicendum, quod ratio illa procedit de uoluntate in ordine ad Deum, & sic conceditur esse nobilior.

D VODECIMO quaeritur, utrum uoluntas moueat intellectum, & alias animae vires. & uidetur quod non, mouens. n. est naturaliter prius moto; sed uoluntas est posterior intellectu: nihil. n. amatur uel desideratur, nisi cognitum scdm Aug. in li. de Trini. ergo uoluntas non mouet intellectum.

¶ 2 Præ. Si uoluntas mouet intellectum ad ium actum, tunc sequitur quod intellectus intelligat; quia uoluntas uult ipsum intelligere: sed uoluntas non uult aliquid nisi intellectum. ergo prius intellectus intellexit ipsum intelligere, quam uoluntas illud uelle: sed antequam intellectus hoc intelligeret, oportet ponere, quod uoluntas illud uellet; ga ponitur intellectus a uoluntate moueri. ergo est abire in infinitum: uel dicendum quod uoluntas non mouet intellectum.

¶ 3 Præ. Ois potentia passiuā mouetur a suo obiecto: sed uoluntas est potentia passiuā, est. n. appetitus mouens motum, ut dicitur in 3. de Anima. ergo mouetur a suo obiecto: sed obiectum eius est bonum intellectum uel apprehensum, ut dicitur in 3. de Anima. ergo intellectus, aut alia uis apprehensiuā mouet uoluntatem, & non e conuerso.

¶ 4 Præ. Quod una potentia dicatur aliam mouere, hoc non est nisi propter imperium, quod una super aliam habet, imperare autem est rationis, ut dicitur in 1. Ethic. ergo eius est mouere alias potentias, & non uoluntatis.

¶ 5 Præ. Secundum Aug. 12. super Gen. ad literam, mouens & agēs est nobilior moto & facto: sed intellectus ad minus respectu sensibilem est nobilior quam uoluntas, ut dictum est. ergo ad minus respectu horum non mouetur a uoluntate.

SED CONTRA est, quod Ansel. dicit in li. de similitudinibus, quod uoluntas mouet oēs animae vires.

¶ 2 Præ. Secundum Aug. 8. super Gene. ad literam, omnis motus procedit ab immobili: sed inter potentias animae sola uoluntas est, quae est immobilis in hoc, quod a nullo cogi potest. ergo omnes aliae vires a uoluntate mouentur.

¶ 3 Præ. Secundum Philo. in secundo Meteororū, omnis motus est propter finem: sed bonum & finis est obiectum uoluntatis. ergo uoluntas mouet alias vires.

¶ 4 Præ. Secundum August. hoc facit in spiritibus amor, quod in corporibus pondus: sed pondus mouet corpora. ergo amor uoluntatis mouet spirituales animae potentias.

RESPON. Dicendum, quod intellectus aliquo modo mouet uoluntatem, & aliquo modo uoluntas mouet intellectum & alias vires. Ad cuius euidenciam sciendum, quod tam finis quam efficiens mouere dicuntur sed diuersimode, cum in qualibet actione duo considerentur. scilicet agens & ratio agendi, ut in calcificatione ignis est agens, & ratio agendi calor. In mouendo dicitur finis mouere sicut ratio mouendi: sed efficiens sicut agens motum, hoc est educens mobile de potentia in actum. Ratio autem agendi est forma agentis per quam agit, unde oportet quod in sit agētis ad hoc quod agat: non autem inest secundum esse naturae perfectū, quia hoc habito quiescit motus: sed inest agentis per modum intentionis. nā finis est prior in intentione, sed posterior in esse, & ideo finis praexistit in mouendo.

stra se est
lute colit
in re, iunc
us emiten
git multo
o nobilior
in se, iunc
multo mi
cipia. Si
ue nobilior
b; omni
bilior i
bilior qua
untantia
ferat mo
aliqui in
Causis. Et
iores dicit
in anima
r sumi cō
do ab ob
illius res
sicut habet
perfectior
modo p
uere in
vypocri
quā fō
cū dicit
em et uo
cedat res
ille est
m & am
gēctus
ur, quā
cōcipit
Augustin
uota p
approp
natis, d
approp
uā uero
uio cō
atur per
empli
la proced
obilitate
entia uol
liores.
sicut i ob
s sensib
o qd fer
gatur a
nus cap
affectu
e dicit
e debet
intellect
tis ferat
no dicit
nima p
n ostend
o origin
antate.
A

2. p. q. 3. ar. 4.
Li. 10. cap. 1. & 2. 10. 3.
Com. 49. & 104. tom. 2.
Ca. 56. 10. 3.
Cap. vlti. a med. tom. 5.
Ca. 16. circa med. tom. 3.
Cap. 2.
Ex ca. 20. & 24. inter me di. & fi. 10. 3.

te proprie secundum intellectum, cuius est recipere aliquid per modum intentionis, & non secundum esse nature. vnde intellectus mouet uoluntatem per modum quo finis mouere dicitur, in quantum si præconcepit rationem finis, & eam uoluntati proponit; sed mouere per modum cause agentis est uoluntatis & non intellectus, eo quod uoluntas comparatur ad res secundum quod in seipsis sunt, intellectus autem comparatur ad res secundum quod sunt per modum spiritualem in anima. Agere autem & moueri conuenit rebus secundum esse proprium, quo in seipsis subsistunt, & non secundum quod sunt in anima per modum intentionis. Calor enim in anima non calefacit; sed in igne. & sic comparatio uoluntatis ad res est secundum quod competit eis motus, non autem comparatio intellectus. & præterea actus uoluntatis est quedam inclinatio in aliquid, non autem actus intellectus. Inclinatio autem est dispositio mouentis secundum quod efficiens mouet. ubi patet quod uoluntas habet mouere per modum cause agentis & non intellectus. potentis autem anime superioribus, ex hoc quod in materiales sunt, competit quod reflectantur super seipsas. vnde tam uoluntas quam intellectus reflectuntur super se, & unum super alterum, & super essentiam anime, & super omnes eius uires. Intellectus enim intelligit se, & uoluntatem & essentiam anime & omnes anime uires. & similiter uoluntas uult se uelle, & intellectum intelligere, & uult essentiam anime, & sic de aliis. Cum autem aliqua potentia super aliam fertur comparatur ad eam secundum suam proprietatem, sicut intellectus cum intelligit uoluntatem uelle accipit in seipso rationem uolendi. vnde & ipsa uoluntas, cum fertur super potentias anime fertur in eas, ut in res quasdam, quibus conuenit motus & operatio, & inclinatur unquamque in propria operatione, & sic non solum res exteriores mouet uoluntas per modum cause agentis; sed et ipsas anime uires.

Ad primum ergo dicendum, quod cum in reflexione sit quedam similitudo motus circularis, in quo est ultimum motus quod primo erit principium, oportet, sic dicere in reflexione, ut illud quod primo erat prius, secundo fiat posterius. & ideo quamuis intellectus sit prior uoluntate simpliciter: tamen per flexionem efficitur uoluntate posterior, & sic uoluntas intellectum mouere potest.

Ad II. Dicendum, quod non est procedere in infinitum: stat enim in appetitu naturali, quo inclinatur intellectus in suum actum.

Ad III. dicendum, quod ratio illa ostendit, quod intellectus mouet per modum finis: hoc enim modo se habet bonum apprehensum ad uoluntatem.

Ad IIII. dicendum, quod imperium est, & uoluntatis & rationis quantum ad diuersa: uoluntatis quidem secundum quod imperium inclinationem quandam importat, rationis uero secundum quod hæc inclinatio distribuitur & ordinatur, ut exequenda per hunc, uel per illum.

Ad V. dicendum, quod quauis quelibet potentia præminet alteri in hoc, quod est proprium sibi: sicut tactus perfectius comparatur ad calorem quem sentit per se, quam uisus qui sentit ipsum per accidens, & similiter intellectus completius comparatur ad uerum quam uoluntas, & uoluntas perfectius comparatur ad bonum quod est in rebus, quam intellectus: unde quauis intellectus simpliciter sit nobilior uoluntate ad minus respectu aliquarum rerum: tamen secundum rationem mouendi, que competit uoluntati ex ratione propria obiecti, uoluntas nobilior inuenitur.

ARTICVLVS XIII.
 Verum intentio sit actus uoluntatis, uel intellectus.
TERTIO DECIMO queritur, utrum intentio sit actus uoluntatis. & uidetur quod non: quia super illud Luc. II. Lucerna corporis tui est oculus tuus. glo. I. intentio: sed oculus in anima est uel intellectus, ergo intentio pertinet ad rationem uel intellectum, & non ad uoluntatem. Sed dicendum, quod erat uoluntatis in ordine ad rationem, & pro tanto oculo comparatur.

¶ 2 Sed contra, Actus superioris & prioris potentie non dependet ab actu posterioris: sed uoluntas est prior intellectu in agendo; quia uoluntas mouet intellectum, ut dictum est. ergo actus uoluntatis non dependet a ratione. si ergo intentio esset actus uoluntatis, nullo modo ad rationem pertineret.

¶ 3 Sed dicendum, quod secundum hoc actus uoluntatis dependet a ratione in quantum ad uolentiam præexigitur cognitio uoliti, & sic intentio quauis sit actus uoluntatis, est aliquo modo rationis.

¶ 3 Sed contra, Nullus actus uoluntatis est, qui cognitionem non præexigat. ergo secundum hoc nullus actus deberet attribui simpliciter uoluntati, nec uelle, nec amare: sed uoluntati & rationi simul, quod est falsum. ergo, & primum. si quod intentio sit actus uoluntatis.

¶ 4 Præter. Ipsum nomen intentionis importat rationem in finem: sed referre aliquid in finem pertinet ad rationem. ergo intentio est ratio. Sed dicendum, quod in intentione non solum est relatio in finem, sed actus uoluntatis, qui refertur in finem, & uerumque per nomen intentionis significatur.

¶ 5 Sed contra, Actus ille relationis in finem potest sternitur, ut materiale formale: sed magis denotatur aliquid a formali quam a materiali. ergo intentio magis denominatur ab eo, quod est ratio, quia ab eo quod est uoluntatis, & sic magis debet poni actus rationis quam uoluntatis.

¶ 6 Præter. Sicut primus motor dirigit tota natura, ita ratio dirigit uoluntatem: sed intentio in rebus naturalibus magis proprie attribuitur primo motori, quam ipsis rebus naturalibus, cum res naturales non dirigit aliquid intendere, nisi secundum quod sunt directe a primo motore. ergo & intentio magis debet attribui intentioni rationi, quam uoluntati.

¶ 7 Præter. Intentio proprie loquendo, non est nisi cognoscentis: sed uoluntas non est cognoscentis. ergo intentio non est uoluntatis.

¶ 8 Præter. Eorum que nullo modo sunt unum, non potest esse actus unus: sed uoluntas & ratio nullo modo sunt unum, cum ad diuersa genera potentiarum anime pertineant, uoluntas enim est in appetitu, sed ratio in intellectu. ergo ratio & uoluntas non possunt habere unum actum, & ita si intentio est actus rationis aliquo modo, non erit actus uoluntatis.

¶ 9 Præter. Uoluntas secundum philosophum III. Eth. est finis tantum: sed finis est vnus tantum in uno ordine. ergo uoluntas secundum suum actum comparatur tantum ad unum: sed ubi est unum tantum, ibi non est ordo. cum ergo intentio ordinem importet, uidetur quod nullo modo sit uoluntatis.

¶ 10 Præter. Intentio nihil aliud esse uult, quam directio uoluntatis in ultimum finem: sed dirigere uoluntatem est rationis. ergo intentio ad rationem pertinet.

¶ 11 Præter. Sicut in pueritate peccati error est inordinabilis, ita in reformatione peccati fides est ratio, spes irascibilis, charitas concupiscibilis: sed fides secundum Augustinum est que intentionem dirigit.